



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1553

VD16 B 9605

10 Argvmentvm Prioris S. Pavli Ad Timothevm Epistolæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35634

EPISTOLA PAVLI
IO ARGUMENTVM PRIORIS
PAVLI AD TIMOTHEVM
EPISTOLAE.

Occasio.

EX omnibus epistolis Paulinis liquet Timotheum hunc absolutissimam cum pictatis tum eruditissimum fuisse exemplar: unde iam colligimus epistolam hanc non tam in ipsius gratiam esse scriptam, qui uel non admittit sapiebat et omnia faciebat recte, quam in omnium aliorum episcoporum utilitatem qui per successionem

Scopus.

temporum fuerant ecclesijs præficiendi. Proponit enim in hac absolutissimum exemplar boni pastoris et diligentis episcopi, orationis filum secundum materiarum præstantiam et episcopi officia atq; attributa dicens:

Principio enim cum potissima episcopi functio sit Docere, initio admonet, ut reiectis omnibus fabulis questionibusque curiosis et humanis traditionibus ea tradat quae sint charitatis et fiduci ueræ. In his enim duobus capitibus contineri doctrinam sanam.

Deinde cum ad episcopi quoque curam pertineat praesse coetui ecclesiastico, precibus sacris et ecclesiasticis ritibus, secundo loco differit de eo quomodo deprecationes et interpellationes fieri debeant pro omnibus hominibus, item quid hic deceat uiros, quid mulieres.

Quia uero plurimum momenti habet exemplum episcopi

s. s.
M
theum
itionis
ancor
admo.
omnū
ionem
t enim
dilia
iarum
censi
t Doa
que,
radat
us ca
pra
sticis
reca
ibus
res.
epiz
scopi

scopi sanctum, & prophanū siue impurum officit plus
ritum, ideo episcopū cum tota familia depingit, qualis
scilicet esse debeat, & quid eum deceat qui domui dei
prefectus est.

Veram doctrinam plerunq; sequitur falsa ut umbra
corpus. Nescit enim inimicus homo conquiescere, sem= 4
perq; malum semen agro dominico bono semine semi=
nato inserere gliscit: specimen ergo huius exhibit Apo=
stolus, partim ut ab erroribus caueremus, partim ut te= nacius adhæreremus doctrinæ sanæ. Atq; huc maxime
uocat Timotheū, præscribens quomodo se gerat quili= bet episcopus in rerū discrimine. Omnia uero maximo
spiritu prosequitur.

Hæc autem de doctrina sana, de precibus sacris, de
uita & moribus episcoporū, de doctrina falsa, & quod
affidue laborandum sit fideli agricultæ in uinea domini,
potissima sunt huius epistolæ capita, quæ sequuntur de
uarijs rebus præcipiunt. Præscribit enim quomodo se
gerat erga seniores, anus, iuuenes, & puellas, item erga
uiduas grandæuas & adolescentiores, id est ætatis suæ
speciæ mulierculas, rursus quomodo erga episcopos siue
presbyteros, quid præscribat seruis ac dominis. Ibidem
& auaritiam accusat & à uiræne ex laudat, docens
quantis cum periculis coniunctum sit studium pecuniae,
item quis sit usus opū, & quæ sunt opulentiorū officia.

4

5

6

EPISTOLA PAVLI

Vbiq; uero immiscet quod ipsis præ cæteris uolunt
esse commendatissimum, ut cauerent sibi à questionis
bus & disputationibus curiosis spinosissq;.

Stilus.

Stilus congruit argumento. Institutiones enim facili
& dilucido stilo exarandæ sunt. Et facilia & exposita
in hac sunt omnia. Aiunt scriptam à Laodicea Carica.
De qua re annotavi quædam in quarto capite ad Colosa
senses. Verum parum retulerit unde hanc scripsit,
siue e' Macedonia, siue ex Asia. In hac certè nō diu ha-
sisse legitur à tumultu Ephesino. Protinus enim soluit
in Macedonia, inde transgressus in Græciam, à qua
iterum in Macedonia ueniens breuiſſimo temporis
ſpacio nauigauit in Syriam, ex hac uero captiuus Ro-
mam dicitur.

II ARGUMENTVM POSTERIO- RIS S. PAVLI AD TIMO- THEVM EPISTOLAE.

POSTERIOREM ad Timotheum epistolam
scripsit apostolus ex urbe cum iam ad Cæsar's tri-
bunal ficeretur & sepe putaret interficiendum. Diser-
tis enim uerbis in 4. cap. Ipse iam immolor, inquit, &
tempus meæ resolutionis instat. Extremum igitur uale-
suo dicturus Timotheo, & ecclesiæ ipsi commendatus.